Caesar, de bello Gallico, I, 27

Raum für Notizen

1 Helvetii
2 omnium rerum inopia adducti
3 legatos de deditione ad eum miserunt.
4 Qui cum eum in itinere convenissent se/que ad pedes proiecissent
5 suppliciter/que locuti flentes
6 pacem petissent atque
7 eos in eo loco,
8 quo tum essent,
9 suum adventum exspectare
10 iussisset,
11 paruerunt.
12 Eo postquam Caesar pervenit,
13 obsides, arma, servos,
14 qui ad eos perfugissent,
15 poposcit.
16 Dum ea conquiruntur et conferuntur,
17 nocte intermissa
18 circiter hominum milia sex eius pagi,
19 qui Verbigenus appellatur,
20 sive timore perterriti,
21 ne
22 armis traditis
23 supplicio adficerentur,
24 sive spe salutis inducti,
25 quod
26 in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari
27 existimarent,

28 prima nocte e castris Helvetiorum egressi _____
29 ad Rhenum fines/que Germanorum contenderunt. _____